Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Admodvm Reverendo In Christo Patri Ac Domino, D. Dionysio Lieck, Insignis Monasterij ad D. Nicolaum in Brauweiler Abbati dignissimo, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50753

Visual Library

ADMODVM
REVERENDO
IN CHRISTO PATRI
AC DOMINO,

D. DIONYSIO LIECK,

Inſignis Monaſterij ad D. Nicolaum in Brauweiler Abbati digniſſimo, &c.

QVOD *antè cupiui ſæpiùs, cùm pia aliquot meis impendijs exiſſent opuſcula, Reuer.*^de^ *in Chriſto Pater, vt P. T. tali quodā Scholaſtico, aut*

religioſo cultu reuereri liceret: Id mihi tunc euenturum gratulatus fui, cùm in eum, quem vides, libellum à prælo recenter adhuc ſudantem, à magno quodam è Societ. IESV *Theologo Gallicè conſcriptum, nunc Latinitate donatum, incidiſſem nuperrimè. Et quid erat quod Reu. T. P. vel pro ſtatu cõuenientius, vel pro ipſius in pia, & pios amore gratius, vel pro*

meo

meo tandem, meorumq́ in eandem adfectu dignius offerre poſſem, quā magnum hoc doctrinæ penus, et nobilem pietatis theſaurū? Quæ duo quam ſe mirè in hoc exili compendio coadunârint, tandem iudicabit R. T. P. vbi mixturā ſic fabrefactam peruidere licuerit: Nec enim mihi fas oblatum R. T. P. animi mei teſtimonium aut exoſculari muliebriter, aut verbis ar-

roganter exaggerare ni-
mis, res ipſa loquetur
ſatis, & meam libellus
ſine me cauſſam dicet li-
quidò. Unum illud dũ-
taxat R. T. P. rogo, vt
quod ex ſyncero mentis
in eam adfectu obſeruã-
tiæ ſpecimen profectum
videt, acceptet beneuo-
lè, & à me deinceps, mo-
dò per temporũ noſtro-
rum iniquitatem quod
libet licuerit, maiora ex-
pectet. Interea preca-
bor Omnipot. Deum,

vt

vt Reu. P. T. ad quod cordicitùs eandem adſpirare noui, Monaſterio ſuo quàm rectiſſimè regendo multos annos incolumem, & valentẽ præſtet. Datum Coloniæ XXVII. Martij, M. DC. X.

R. P. T.

addictiſs. Cliens

Petrus Henningus Bibliopola.

LVDO-